Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sicut lanam: nebulam sicut cinere spargit.
Mittit christallū suam sicut buccellas: ante
faciē frigoris eius quis sustinebit? Emittet
uerbū suū et liquefaciet ea: flauit spiritus
eius · et fluent aque. Qui annunciat uer
bū suū iacob: iustitias et iudicia sua israhel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia
sua non manifestauit eis.
Laudate dominū de celis: laudate
eū in excelsis. Laudate eum omnes ange
li eius · laudate eū omnes uirtutes ei. Lau
date eū sol & luna: laudate eū omnes stelle
& lumen. Laudate eum celi celoz: et aque
que sup celos sunt: laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse man
dauit et creata sunt. Statuit ea in seculū
et in seculū seculi: preceptum posuit et nō
preteribit. Laudate dominū de terra: dra
cones et omnes abyssi. Ignis grando niz
glacies · spiritus procellaz: que faciunt
uerbū eius. Montes et omnes colles: lig